

Romae 5. Februarii 1805.

Amplitudini Tuae

Philippus Cardinalis Carandini Mp

## 14.

### Izvješće Ivana Krstitelja Ježića 1814. godine

#### 1. Opis izvješća

Relacija je na ff. 254r-256r. To su zapravo dva lista dimenzija 39,8 x 25 cm, uz koji je privezan treći list istih dimenzija. Relacija je neoštećena i čitka. Tu je i sažetak Ježićeve relacije, koji je sastavio savjetnik u Kongregaciji (ff. 248r-251v), te skica (*minuta*) od 29. veljače 1816. za odgovor Ježiću na relaciju (ff. 244r-247r), a potom imamo isti odgovor napisan učisto (ff. 252r -253r). Opunomoćenik je i ovaj put Nikola Bononi, koji je 15. prosinca 1814. posjetio obje bazilike (ff. 242r, 243r). Relacijom i posjetom po opunomoćeniku Ježić zadovoljava za prošlo 76. i tekuće 77. trogodište (ff. 238r, 256v).

#### 2. Sadržaj izvješća

Ježić se ispričava što zbog prevrata u Europi i papina sužanjstva nije bio u stanju izvješće poslati ranije. Područje Otočke i Ličke pukovnije vizitirao je 1804, 1807. i 1810. Vinodol s Rijekom, a 1808. gorskotarski (Trans-Albinum) i prekokapelski distrikt. Svećenici su svugdje revni, a narod je u osnovama vjere dobro poučen. Svud je krizmao djecu, a u Rijeci neke i iz graničnih područja susjedne Tršćanske biskupije.

U Otočkoj pukovniji u 28 župa ima 28.375 katolika te 5.373 s njima pomiješanih pravoslavaca (grčko nesjedinjenih). Osim Senjske katedrale, sve su druge crkve u prilično lošem stanju. Narod je siromašan pa ne može sebi obnoviti crkve, ali se očekuje careva pomoć.

U lošem su stanju i crkve u Ličkoj pukovniji, osim crkava u Gospicu, G. Pazarištu, Bužimu i Karlobagu. Novoosnovane župe u Šugarju, Ledeniku, Zrmanji i Boricevcu još nemaju crkve. Župni su stanovi maleni. U 31 župi ima 25.621 katolik, a s katolicima pomiješanih pravoslavaca ima 12.285.

U vinodolskom okrugu i Rijeci crkve su lijepo građene i dobro opskrbljene. Kler stolnog kaptola modruškoga, koji se sastoji od tri zborna, novljanskog, bribirskog i bakarskog, uz kanoničke dužnosti skrbi i za devet tisuća vjernika. Cijeli okrug s Rijekom ima 22 župne i 34 filijalne crkve; katolika je ukupno 35.446, a nekatolika 164. Župnici većinom stanuju u svojim kućama. Župni prihodi nalaze se u fondovima i kapitalu, a to nije dovoljno.

Crkve u Gorskom kotaru dobro su opskrbljene i osiguran im je potreban prihod. Župnih je crkava 25, filijalnih 21, a katolika ima 24.681. Nekatolika je samo devet. Župni stanovi nisu u naročitom stanju.

Na području prekokapelskog kotara nalaze se Ogulinska i Slunjska pukovnija. Crkve su dosta siromašne, a četiri su crkve Turci zapalili: vaganačku, drežničku, maljevačku i cetinsku. Katolika je ondje 24.507, pravoslavaca 11.760, župnih je crkava 19.

Car je 1806. dao 19.795 florena za biskupsko sjemenište, koje je otvoreno iduće godine, ali je 1810. izgorjelo. Obnovljeno je biskupovim i državnim novcem. Razišli su se studenti i profesori. Biskup se nada da će car obnoviti darovnicu i da će uskoro opet početi rad. U sjemeništu su visoko obrazovani kanonici iz biskupijskih kaptola: jedan iz senjskoga, tri iz modruškoga i jedan iz riječkoga.

Kongregacija je odgovorila 22. veljače 1816. godine. Naglašava potrebu da novoosnovane župe dobiju sve što im je potrebno za redovan rad, napose da Šugarje, Ledenik, Zrmanja i Boričevac dobiju svoje župne crkve, a zapaljene crkve u Vagancu, Drežniku, Maljevcu i Cetinu da se što prije obnove. Valja također voditi brigu da se izgrade župni stanovi. Treba poraditi da se i sjemenište što prije ponovno otvorи i opskrbi dobrim nastavnicima.

### 3. Izvješće

(f. 254r) Eminentissimi Patres!

Jam pridem mearum erat partium, ut Eminentissimi Vestris relationem omnium canonice visitarum<sup>231</sup> ecclesiarum utriusque mei Segniensis et Modrušiensis episcopatus substernerem.

<sup>231</sup> Ježić je u međuvremenu također bio aktivan u vizitaciji svojih biskupija. Poznati su nam ovi spisi: 13. kolovoza 1804. odustaje od vizitacije čabarskog dekanata zbog poplava i kiša (BAS, XIV., 12); 30. srpnja 1804. Vizitacija Senja. Odgovor kaptola na tada postavljena pitanja 14. siječnja 1805. (vizitacije); 1. lipnja 1804. Zapisnik III. vizitacije (BAS, XIV., 18). Treću vizitaciju započeo je u Otočkoj i Ličkoj pukovniji (Sv. Križ u Senjskoj Dragi, Vratnik, Brlog, Kompolje, Švica, Otočac, Sinac, Dabar, Lešće, Prozor, Kuterevo, Krasno, D. Kosinj, G. Kosinj, Kaluderovac, Gospic, Pazarište, D. Pazarište, Aleksinica, Smiljan, Budak, Široka Kula, Perušić, Ramljane, Čanak, Zavalje, Korenica s Pribojem, Bunić, Podlapac, Tolić, Udbina, Mutilić, Boričevac, Bruvno, Gračac, Zrmanja, Ričice, Sv. Rok, Lovinac, Vranik, Ribičnik, Bilaj, Bužim, Ledenik, Šugarje, Karlobag, Prizna, Jablanac, Sv. Juraj), a završio 15. srpnja (Burić, III., 283-286); 5. veljače 1805. Odgovor Kongregacije na izvješće (XIV., 21); 1807. Zapisnik V. kanon. vizitacije vinodolskog distrikta (XV., 18). Početa 21. srpnja 1807. (Bribir, Grižane, Tribalj, Drivenik, Dol, Poljica, Praputnik, Kukuljanovo, Grobnik, Černik, Jelenje, Trsat, Sv. Lucija, Rijeka, Sv. Barbara, Kraljevica, Crikvenica, Selce), a završena 15. rujna (Burić, III., 287); 1. svibnja 1808. najava V. kanonske vizitacije transalbinskog dekanata (XV., 21) i Protokol iste vizitacije (XV., 27). Počela 21. svibnja 1808. (Lič, Fužine, Lokve, Divjake, Mrzle Vodice, Delnice, Crni Lug, Gerovo, Čabar, Plešće, Završje, Lukovdol, Razloge, Turke, Vrbovsko, Ogulin, Oštarije, Tržić, Grabrk, Lešće, Tounj, Slunj, Cvitović, Cetin, Ladevac, Rakovica, Saborsko, Vaganac, Drežnik, Plaški, Cerovnik, Josipdol, Modruš, Jezerane, Stajnica, Dabar, Letinac, Brinje, Krmpote); 1810. VI. kanonska vizitacija vinodolskog distrikta (BAS, XVI., 81) od 25. kolovoza (Rijeka, Trsat, Grobnik, Bakar, Koštrena/I., Draga, Kukuljanovo, Kraljevica, Hreljin, Drivenik, Grižane) do 1. rujna 1810. (Burić, III., 287, 289. Itinerarium: BAS, XVI., 81).

Quoniam vero continuae Europae convulsiones, et Beatissimi Patris nostri, inaudita unius praepotentis licentia<sup>232</sup>, mancipatus, huic obbligationi meae obicem posuere. Nunc id alma redditia pace, et Sanctitate Sua solio suo pontificio restituta, in effectum deducere, pro Muneris mei ratione, adnitor.

Plures visitationes canonicas, utut his in circumstantiis durissimas, suscepseram, et quidem anno 1804. per totam dioecesim meam Segniensem continentem, praeter Cathedram ejusdem dioecesis, Regiminis Ottocensis parochias Nr. 28; animas vero Catholicas 28.375. – Graeci ritus non unitorum, in quantum catholicis essent imixtae, animas 5.731. Cuncta in cathedrali mea in optimo reperi statu. Non tamen ita reliquis in parochiis, quae militari subsunt statui. Populi etenim illius Regiminis, et quia pauperes et quia continuis laboribus bellique incommodis distinebantur, manus suas ad restaurationem ecclesiarum debitam admovere nequiverant. Spero attamen fore, ut ope quoque Suae Majestatis omnimode restaurentur.

Processi subin ad Regimen Liccanum, partem dioecesis meae Modrussiensis seu Corbaviensis. Illic aequa, praeter ecclesias (f. 254v) Gospichiensem, Pazarischensem Superiorem, Buxanensem et Carlobagensem, in mediocri et infra, subintellecta hic quoque supellectili sacra, statu adinveni. Porro – qui busdam in locis in quibus novae erectae fuerant parochiae a felicis memoriae Imperatore Josepho II. parochiales ecclesiae etiamnum desiderantur, videlicet: in Sugarje, Ledenik, Zermanja et Borichevacz. Ecclesiarum illic provenitus nulli sunt, unica dempta eleemosyna, quae per statum militarem administratur. Idipsum in toto Ottocensi usuvenit regimini. Parochiales domus exiguae omnino sunt, quae congruae forent unius curati habitationi. Districtus iste habet parochias 31 animas catholicas 25.621. Graeci ritus non unitorum, catholicis imixtas, 12.285.

Singulis in locis horum duorum districtuum, Segniensis videlicet dioecesis, quae Ottocense regimen complectitur, et Modrussiensis partis Liccano-Corbaviensis, sacramentum confirmationis administravi. Quod clerum attinet, eum zelosum et morigerum cum gaudio suspexi; tanto amplius, quod populus in fidei rudimentis, signanter juvenes, plene instructos repererim.

Annis 1804. 1807. et 1810. in districtu institueram Vinodolensi Dioecesis meae Modrussiensis, Civitate Fluminensi aequa comprehensa, visitationem canonicanam. Iteratis his vicibus, continuo et ubique idem praestans cultus divinus; eadem elegans ecclesiarum forma cum decenti sacra supellectili: idem exemplaris cleri status; praecipue vero Cathedralis (f. 255r) capitulo Modrussi-

---

<sup>232</sup> Tj. Napoleona.

ensis, tribus in collegiis: Noviensi, Bribiriensi et Buccarensi constituti, quod Capitulum novem millium animarum indefessam curam gerit, praeter canonica munia, et cleri junioris in Seminario dioecesano institutionem, ubique viget.

Hic districtus, compraehensis tribus ecclesiis Cathedralis capituli Modrusiensis et collegiata Fluminensi, numerat parochiales ecclesias 22, filiales 34, animas catholicas 35.446 (acatholicos diversae sectae 164) in rudimentis fidei optime instructas, et reddentes. Parochiales ibi domus plerumque propriae audiunt: nonnullis, dumtaxat, reparatione indigentibus.

Ecclesiarum item parochialium redditus in fundis et capitalibus consistunt, qui, dum non sufficient, necessitatibus ecclesiarum eleemosyna sucurrit. Sacramentum confirmationis ubivis, Flumine vero parvulis etiam ex conterminis Tergestinae dioecesis locis concurrentibus contuli.

Anno 1808. geminos dioecesis Modrussiensis districtus, nimirum Trans-Albinum Civilem; subinde Trans-Capellanum, qui duo Ogulinense et Szluniense militaria regimina complectitur, canonice visitavi. Primus ex predictis districtus parochiales ecclesias eleganter aedificatas, sacra supellectili sufficienter instructas et proventibus commode provisas numerat 25, Filiales 21, animas vero catholicas 24.681. Non catholicas 9 habet. Clerus praestans et zelosus audit, unde adparuit, populos in fidei rudimentis apprime instructos esse. Parochiales domus mediocres reperiuntur. Unde, elargito parvulis sacramento confirmationis, ad districtum Trans-Capellanum perexi; in quo, visitatis ecclesiis quae, praeter nonnullas, in mediocri statu sunt una cum sacra supellectili satis lacerata, sacramentum confirmationis administravi. Igni autem crematae sunt a christiani nominis hostibus sequentes ecclesiae una cum parochorum domibus: Vaganacensis, nempe, Drexnikensis, Maljevacensis et Czettinensis. Proventus praeter eleemosynam a militaribus administratam illic nulli sunt penitus. Sacri curiones zelosi et exemplares (f. 255v) illis praesunt animabus, rudimentis fidei bene imbutis; quarum numerus ex catholicis 24.507, Graeci ritus non unitorum catholicis imixtis 11.760. consistit. Ecclesiæ parochiales sunt 19, crematae igni 4.

Illud postremo Eminentis Vestris significandum habebam, anno 1806. ordinationis Sanctae Sedis Apostolicae, dum ad episcopatum Segniensem et administrationem Modrussiensem admotus exstisset, vigore, a piissimo imperatore et rege nostro apostolico Francisco I. Segniae dioecesanum Seminarium cum dotatione 19.795 florenorum resolutum, illudque apertum anno 1807. fuisse. Unde ad annum usque 1810. summum in educata pro cleri militia juventute solatium persenseram. Ast, postquam fato quodam, mihi eti-

amnum impervio, ultima Decembris anni praecitati conflagravisset (Gallico tum suberamus dominio) utut meis partim, partim Aerarii impensis restauratum fuisse, Fundo intentionis juvenum eo tempore cessante, dispersi clerici a professoribus, jam canonicis: uno cathedralis Segniensis; tribus cathedralis Modrušiensi, et quinto collegiae Fluminensi, altioribus in disciplinis erudit, presbyteratus honorem nonnulli jam accipere, alii subinde idipsum consequuturi. Ego interea omnimode adnitar, ut ab optimo Principe, nunc denuo nostro Augustissimo Imperatore et Rege Apostolico, homagium ei mox atque ad Sua rediverit, praestiturus, dotationem pristinam recuperare valeam.

Atque haec sunt, Eminentissimi Patres, quae ego vi pastoralis sollicitudinibus meae Sanctae Sedi Apostolicae, medio procuratoris mei Reverendissimi Domini Bononi, capellani secreti Suae Sanctitatis, procriptionis litteris, ad invisa quoque Sanctorum Apostolorum limina a me instructi, omni cum submissione substernenda habebam. (f. 256r) Qui gratiis et favoribus perimpense commendatus, summa cum Veneratione perenno.

Eminentiarum Vestrarum

Signatum Novi in Vinodol pone Segniam  
die 11. Mensis Junii, Anno Domini 1814.  
assumptionis meae vicesimo sexto.

Humillimus Obligatissimus Servus Joannes  
Baptista Episcopus Segniensis  
et perpetuus administrator Modrušiensis

#### 4. Odgovor Kongregacije

Nosi nadnevak 29. veljače 1816, *Libri visitationum SS. LL*, Nr. 37/II., ff. 7v-8v; *Relationes, kut. 734, ff. 244r-247r.*

Die 29. Februarii 1816.

(f. 7v) Reverendissimo Domino Episcopo Segniensi et Modrusiensi

Accepit Sacra Congregatio litteras Amplitudinis Tuae 17 Juni anni 1814 datas quibus relationem status dioecesis Tuae, sacrasque visitationes in ea perfectas ab anno 1804 ad annum usque 1814 diligenter exhibuit. Eminentissimi autem Patres maxime doluerunt, quod, una fere excepta cathedrali ecclesia, reliquae omnes paroeciae militari statui subjectae, ob aerumnas bellii et populorum inopiam misere admodum in statu versantur; itaque optant primas esse Amplitudini Tuae curas, ut nulla mora interposita incumbat reparandis paro-

chialibus ecclesiis, quas prae caeteris necessarias esse judicabit, ad eos interim provisorie transferens functionum parochialium exercitium reliquarum parochiarum quoad usque (f. 244v) reparari et illae atque instrui sacra supellectile possint.

Intellexit etiam Sacra Congregatio in aliquibus Modrusiensis dioecesis locis, in quibus Josephi II. largitione paroeciae fuerant erectae, materiales ecclesiastis deficere in quibus parochiales functiones expleri valeant, nulosque redditus in parochorum congruam suppeteret (f. 8r) quorum propterea egestas nonnisi fidelium eleemosynis levari potest. Atque earum quidem paroeciarum erectio facta cum absolutam populorum illorum necessitatem supponant, probe sentit Amplitudo Tua piam illam institutionem deficientibus ecclesiis nulli fere utilitati futuram, idque cum maximo animarum detimento. Itaque (f. 245r) persuasum habent Eminentissimi Patres Amplitudini Tuae zelum non diu passuram ut dioecesis illa in tanta necessitate versatur, imo vero exposita Josephi II. commendatione et largitione, pietatem augustissimi ac specatissimi successoris eius excitaturam, ut providentia eius non modo parochiales ecclesias construunt in locis *Sugarie, Lederich, Zermansa et Borichevar*<sup>233</sup> et parochis congrua constituatur ex certis redditibus, sed etiam in *Ottocensi* districtu, cum solae fidelium eleemosynae propter vicissitudines temporum, non satis firma praesidia iis subministrent, unde et vitam alere et parochiales functiones explere possint.

Quod pertinet ad *Vinodolensem* districtum, cuius paroeciae domos habent, nunnulis, ut ipse dicis, reparationibus indigentes, Amplitudo Tua dare operam poterit, ut parochi, si possint, sin minus eorum subditi in spiritualibus, necessarias reparationes faciant in illis domibus quae aliquo modo iis indigent, adhibitis etiam, si opus sit, remediis illis quae Tridentina synodus sessione 21 cap. I. de reformatione proponit, ne, si instaurationes huiusmodi negligantur, domus ipsae in ruinam labantur, atque ita aut impossibilis in posterum reparatio reddatur, aut cum magno animarum detimento parochi a residentia penes populum curae eorum concreditum abstrahantur.

Porro ex iis quae Amplitudo Tua refert de locis *Vaganacensi, Brexnihensi*<sup>234</sup>, *Maliavacensi et Czettinensi*, arbitratur Sacra Congregatio loca illa destituta esse parochialibus ecclesiis, consumptis jam incendio illis quae olim in recensitis locis habebantur. Quod si ita sit, confidit Sacra eadem Congregatio Tuam Amplitudinem curturam, ut huic defectui remedium, quamprimum (f. 8v) fi-

<sup>233</sup> Riječ je o župama: Lukovo Šugarje, Ledenik (Baške Oštarije), Zrmanja (Palanka) i Borićevac.

<sup>234</sup> Treba: Drexnihensi (Drežnik).

eri poterit, afferatur. Excitandus siquidem ab ea erit parochorum zelus et pietas fidelium, ratio denique alia omnis experienda, ut eversae ecclesiae tandem restituantur, quaeque laceram usuque consumptam habent supellectilem, nova decentique instruuntur.

Quae vero de Seminario Segniensis Ecclesiae Tua scribit Amplitudo satis demonstrant, licet illius aedificium communibus gubernii tuisque expensis reparatum jam fit, nondum tamen in illud alumnos fuisse iterum receptos. Vehe- menter igitur optat cognoscere curas illas quas in obtinendam reddituum restitutionem impendit optatum exitum habuisse, proptereaque tam necessarium institutum fuisse instauratum, optimisque magistris et professoribus instructum ut utilitas illa in dioecesi bonum percipi possit, quam Sacra Tridentina synodus tanto sibi studio consequendum proposuit.

Antequam denique litteras hasce meas concludam, munificentiam et pietatem tuam nomine Eminentissimorum Patrum debitissimis laudibus prosequor, quod Seminarii aedibus reparandis aere quoque tui conferre volueris, quodque diffici etiam alienoque tempore tuam perlustraveris dioecesim. Probant haec virtutem tuam, magnumque spem excitant fore, ut, sub regimine tuo, uberioribus incrementis dioeceses istae, futuris etiam temporibus augeantur. Amplitudini Tuae vero coelestium donorum copiam a Domino adprecor.<sup>235</sup>

## 15.

### Izvješće Ivana Krstitelja Ježića 1819. godine

#### 1. Opis izvješća

Relacija se nalazi na ff. 269r-270v, na prekloprenom foliju, što čini dva lista i 4 stranice dimenzija 37 x 23,3 cm. Datirana je 4. rujna 1819. Tekst je neoštećen i čitak. Savjetnik u Kongregaciji napisao je sažetak i primjedbe na relaciju (ff. 262r-264r), na osnovi čega je 10. svibnja 1820. upućen dopis Ježiću, kao odgovor na relaciju (ff. 266r-267r). Posjet i relacija prihvaćeni su kao obveza za 78. trogodište (f. 268r). Opunomočenik za predaju relacije i za posjet limina bio je i ovaj put Nikola Bononi, za što se Ježić obratio Kongregaciji posebnim pismom (f. 260r). Bononi je posjetio bazilike 23. rujna 1819. (ff. 258r, 259r).

---

<sup>235</sup> Prefekt Kongregacije Giulio Gabrielli.